



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv  
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1666**

48. Suos diuidens neminem socio carere passus est S. Ignatij mandato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10854**

dit. Cōpore infert Xauerius , quid solum curas , verū animo qui valles : eique deinceps quod agitabat crimen pertexuit , cuius p̄t̄er ipsum nemo erat mortalium conscius . Quare id illi ostensum diuinitus agnoscens , disertè confessus quid iam celari non poterat , fulurati eius admonitione reuocatus est à prauis consiliis , & extra lubricum recidendi subductus . Populo tandem Cocinensi ex voto prorsus Vicatij , egregie excuto , reliquiāque eidē Vicario apud quem duos menses egit sanctimoniā argumentis , qua deinde multis admirans narrabat , Bazainum contendit , mandatisque ab Gubernatore Indiae Sa p̄emunitus , quibus iubebatur Præfectus Malacensis in Iaponiam illum transmittere , Goam reuertit ad suos diuidendos . Coulanum ultra oram Trauancoris Lanciloto attribuit ; Somatrā Insulam Cypriano , qua rāmen exclusus ad urbem S. Thomae in Choromandelo profectus est .

48

Suos diuidens  
neminem so-  
cio carere pas-  
sus est Ignati-  
us mandato.

Alfonso Caſtrio , nouo adhuc in Societate , Molucas insulas ; Bazainum Melchiori Gonzales . Gomezio autem Goanum Collegium parum feliciter gubernanti , cum daret Berzeum successorem , hic suam modestiam ab eo honore tot precibus defendit , ut pro illa Collegij p̄æfectura , Ormazium missus sit . Horum porrō cuique , et si omnes erant Sacerdotes , socium addidit , laboris adiutorum , & actionum testem . Id enim mandat Ignatius , cui ad auctoritatem bonae famae vbiq̄e gentium in Societate retinendam , ne in Indiis quidem licere vñsum est nostros sociis care , quantumvis gratia eorum penuria laborarent . Omnibus itaque priuatum ac publice sancte ordinatis , ad p̄fectionem Iaponicam se accinxit , cuius anno iam proximo conceptæ semina in hunc distuli locum , vt uno veluti contextam filo Apostolicæ missionis seriem vniuersam in contemplatum darem , qua inde à primis saeculis nullam Christianorum fortissima decora , gloriosius Ecclesiæ honori , nulla posteriorum imitacioni potentius commendatunt .

Fuit Angerus quidam , quem alij Iagitum , natione Iapo Cangoscima Patria , Saxumæ urbe metropoli , etate iuuenis , nobilis genere , literis excultus , vita & moribus ut quidem ethnicus , non omnino prauis . Hunc acri ingenio cum esset , torquebat perpetuus æterni supplicij timor ; nec enim dubitabat animam corpori superstitem vivere ; inferos esse ; penas illic santes manere sempiternas admissorum in vita seclerum ; nec quicquid erat Bonziotum qui sunt apud Iapones Theologie , & conscientiae architecti , eximere illi hos metus valuerat ; de iis crebro sermocinabatur cum mercatoribus Lusitanis quos illuc ab anno post sequimilestum altero , & quadragesimo , negotiatio traxerat . Verū ut merces magis norant terrenas , quam caelestes ; ad ultimum denique homini suadebant Malacam transtiret ; illuc reperiturum (cuius) de praedicabant miracula , & sanctimoniam Franciscum quendam Xauerium , qui primo congressu de omnibus ipsius cumulatissimè edoceret . At ejus iuuenis vxoratus , & diues , hoc etiā magnopere cuperet , & gr̄e adducebatur ut tentaret terrebant pericula , mare procellis crudelibus infestum , iter miliarium

49

Origo Iaponi-  
caæ millionis .

... in alio  
centro  
magis norant terrenas , quam caelestes ; ad ultimum denique homini suadebant Malacam transtiret ; illuc reperiturum (cuius) de praedicabant miracula , & sanctimoniam Franciscum quendam Xauerium , qui primo congressu de omnibus ipsius cumulatissimè edoceret . At ejus iuuenis uxoratus , & diues , hoc etiā magnopere cuperet , & gr̄e adducebatur ut tentaret terrebant pericula , mare procellis crudelibus infestum , iter miliarium